



## **Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten**

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1848**

1914. Bischof Friedrich von Lebus ertheilt mehreren Geistlichen den  
Auftrag, die päpstliche Bulle v. J. 1458 wegen der geistlichen  
Gerichtsbarkeit in der Mark Brandenburg zur Execution zu bringen, am ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56633](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56633)

mechtig ist, vor Allermeniglich beschutzen vnd beschirmen will, Alleyne aufgenommen vnsern Erbhern. Vnd wir setzen vns Also czu seinem furstlichen gnaden vnd geben vns in seinen gnaden beschutzung vnd beschirmung mit dem gnanten vnserm Slos vnd seiner czugehorung gegenwartiglich mit difem briefe, Reden, globen vnd czulagen seiner furstlichen gnaden vor vns vnd vnser erben, das wir in seinen erben vnd Nachkomen, Marggrauen czu Brandenburg mit dem gnanten vnserm schloß gewartig vnd gehorsam sein, vnd in als ander jr Manne vnd vnderthane dinen wollen czu allen jren kriegen vnd geschestten gegen jeder meniglich, Alleine vnsern erbhern vnd seine lande vnzgenomen. Czu vrkunde mit vnserm anhangenden Insigel versigelt etc.

Nach dem Kurmärk. Refns=Capitluche des R. Geh. Kab. Archives XXV, 324.

1914. Bischof Friedrich von Lebus erteilt mehreren Geistlichen den Auftrag, die päpstliche Bulle v. J. 1458 wegen der geistlichen Gerichtsbarkeit in der Mark Brandenburg zur Execution zu bringen, am 8. April 1472.

Fredericus, Dei et apostolice sedis gratia Episcopus Lubucensis, Judex et conservator jurium et privilegiorum Illustrissimi principis et domini, domini Alberti Marchionis Brandenburgensis, sacri Romani Imperii Archicamerarii et principis electoris, Stettinensis, pomeranie, Cassuborum ac Slavorum ducis Burggrauii Norembergensis et Rugie principis, domini nostri gratiosi, A sede Apostolica concessorum, una cum nostris in hac parte collegis infra scriptis, cum clausula quatenus ipsi vel duo aut unus eorum per se vel alium seu alios etc., a dicta sede apostolica specialiter deputatus, venerabilibus viris dominis Ecclesie Havelbergensis et Canoniorum Regularium sancti spiritus extra muros Soltwedel ordinis sancti Augustini prepositis, nec non Ecclesie sancti Nicolai in Stendal decano, Verdenensis et Halberstadenensis diocesis, nobis in Christo dilectis salutem in domino et presentibus fidem adhibere nostrisque hujusmodi admonicionibus apostolicis firmiter obedire mandatis. Literas felicis Recordationis sanctissimi domini pii pape secundi ejusque vera bulla plumbea cum cordulis sericeis partim Rubei et partim glauci coloris more Romane Curie Impendente sigillatas sanas integras et illesas non viciatas non cancellatas nec in aliqua sui parte suspectas, Sed omni prorsus vicio et suspicione carentes nobis per prefatum dominum Albertum Marchionem unum ex principalibus in subinfertis literis apostolicis principaliter nominatum coram notario publico et testibus infra scriptis presentatas nos cum ea qua decuit reverencia noveritis recepisse hujusmodi sub tenore: Pius Episcopus etc. (Nr. MDCCXCI.) Datum Senis, Anno incarnationis dominice Millesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo, duodecimo kal. Aprilis, pontificatus nostri Anno primo. Post quarum quidem literarum apostolicarum presentacionem et receptionem nobis et per nos sicut premititur factas fuimus per prefatum principum dominum Albertum Marchionem Bran-

denburgensem debita cum instantia requisiti, quatenus ad executionem dictarum literarum apostolicarum et in eis contentarum procedere curaremus, Juxta traditam seu directam a sede apostolica nobis formam. Sed quia nos tam nostris quam etiam ecclesie nostre negociis legitime sumus prepediti quod huiusmodi executioni ad presens vacare et intendere commode non valeamus, Id circo ne propter hoc earundem literarum apostolicarum executio retardetur et vasalli subditi incole ac habitatores Marchionatus Brandenburgensis contra tenorem earundem literarum Indebite molestentur, de pericia et circumspectione nec non legalitatibus vestris confisi, ex certis causis animum nostrum ad hoc moventibus, Autoritate apostolica nobis in hac parte concessa, quoad prefatarum literarum apostolicarum et in eis contentorum executionem vobis omnibus et singulis supradictis ac unicuique in hac parte vices nostras plenarie committimus, donec eas ad nos in toto aut in parte duxerimus revocandas, Mandantes vobis, quatenus cum presentibus requisiti fueritis aut alter vestrum requisitus fuerit ad executionem preinfertarum literarum apostolicarum procedatis aut alter vestrum procedat secundum traditam a sede apostolica nobis formam et alias prout de iure fuerit procedendum. In quorum omnium et singulorum premissorum fidem et testimonium presentes literas sive presens publicum instrumentum huiusmodi nostrum processum In se continentem sive continens exinde fieri et per Notarium publicum infra scriptum subscribi et publicari mandavimus nostrique iussimus et fecimus sigilli appensione communiri. Datum et actum in Castro Coln cis Spreuam, Brandenburgensis diocesis anno domini millesimo quodringentesimo septuagesimo secundo, Indictione quinta, die vero Mercurii, que fuit octava mensis aprilis, hora terciarum vel quasi pontificatus sanctissimi in christo patris et domini nostri domini Sixti divina providencia pape quarti anno eius primo, presentibus ibidem validis viris Iudewico de Eybe, laurentio de Schawmberg, Balthasare de Sliuen, Conrado Slabberndorp et aliis quam pluribus fide dignis testibus ad premissa vocatis et requisitis. Et ego Caspar Cruger, Clericus Brandenburgensis diocesis publicus sacra Imperiali auctoritate Notarius, Quia predictarum literarum apostolicarum presentacioni receptioni et requisitioni omnibusque aliis et singulis premissis dum sicut premittitur fierent et agerentur una cum prenominatis testibus presens interfui Eaque sic fieri vidi et audivi ideoque hoc presens publicum Instrumentum per alium fidelem conscriptum ex inde confeci subscripsi publicavi et in hanc publicam formam redegi signoque et nomine meis solitis et consuetis de mandato Reverendi in Christo patris et domini, domini Frederici Episcopi Lubucensis prenominati una cum sigilli eius appensione signavi In fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum Rogatus et Requisitus.

*Nach einer Copie der Joachimssthalischen Schulbibliothek.*